



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensio Abbatiæ Imperialis S. Maximini**

**Zyllesius, Nicolaus**

**Treveris, 1638**

22. Henrici Tertij. Imp. Dat. Moguntiæ, Anno MXLIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14268**

alienare, sed liceat inde illi suisque successoribus luminaria Ecclesiæ restaurare, ædificia recuperare, & cætera quæ necessaria, tantummodo sunt fratibus fideliter procurare, statuimus etiam & corroborare decreuimus, vt idem Abbas, sive Successores potestatem habeant, Aduocatias suas per omnem Abbatiam, cui velint, dandi, cui velint iusto iudicio tollendi, & vt Aduocati nullū post se ponere præsumant, qui vocetur Postaduocatus, nec quisquam illorum potestatem habeat aliquā violentiā sive petitione homines grauare, aut placiti præter illa tria iure debita tenere, vel quicquam super Officiales vel Mansionarios, aut ministros, seu omnia lura Abbatis constituere. Et vt hoc nostræ auctoritatis præceptum firmum, & stabile permaneat, manu propria corroborantes sigilli nostri Impressione iuissimus insigniri.

Signum Domini Chuonradi Regis inuictissimi. Odalticus Cancellarius ad vicem Aribonis Archicancellarij recognoui. Data III. Idus Ianuarij, Indictione VIII. Anno Dominicæ Incarnationis MXXVI. Anno autem Domini Conradi Secundi Regnantis II. Actum Treuiris in Dei nomine, Amen.



22.

*Henrici III. Imperatoris Datum Moguntiae, Anno XLIV.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus diuinâ fauente Clementiâ Rex. Cum Regiæ dignitatis officium sit, diuersarum partium negotia piâ sollicitudine præuidere, maximè tamè & magis propriè illius Ecclesiæ


vti-

vtilitatibus consulere nos deget in omnibus, per quam Regni nostri statum  
 confirmare, & coniectalem nostram dotali lege & legitimo iure in Regnum  
 nobis associate & sublimare debemus. Quapropter fidelium nostrorum tam  
 præsentium, quam futurorum vniuersitati notum esse volumus, qualiter nos  
 de nostri statu regni tractantes, dilectissimam nobis in Christo coniectalem  
 Agnetem, à cunctis Regni nostri Principibus electam, & regali more, ac piâ  
 omnium fidelium nostrorum deuotione in Moguntinâ Ciuitate solenniter cō-  
 secratam, & regalibus insignibus decoratam, ad honorem Regni nostri subli-  
 mauimus, corroborauimus, & secundum morem & institutionem piissimi Ge-  
 nitoris nostri Conradi Imperatoris inuictissimi, aliorumq; prædecessorum no-  
 strorum Henrici, & trium Ottonum, Arnolffii, Magni Caroli, Pipini, Dagoberti,  
 & aliorum Regum & Imperatorum vsque ad nos, cum Abbatia S. Maximini  
 pretiosissimi Confessoris Christi, que in suburbio Treuirotum sita est, quam  
 Constantinus & Helena Regina in Christo sacratissima in honorem S. Ioan-  
 nis Apostoli & Euangelistæ primitus construxerant. Hanc igitur & cum om-  
 nibus rebus, Ecclesiæ & possessionibus ad eam in quibuscunque locis iustè &  
 legaliter pertinentibus, præfatam coniugem nostram, Agnetem scilicet, no-  
 bis in Christo charissimam, dotali lege & legitimâ Regni dote ad thronum &  
 honorem Regni nostri dotauiimus, sublimauimus, & confirmauiimus, vt sicut  
 reuera per B. Petrum Apostolum, & discipulos eius sanctissimos, Eucharium,  
 Valerium, Maternum, in Treuirensi Episcopio, & inde per totam Galliam, Ca-  
 tholicæ fidei primitus cœperit pullulare & initiare sacramentum: ita & per hanc  
 prædictam Abbatiam omnes Reges & Imperatores cum suis coniugibus pro-  
 pagandæ sobolis incrementum & Regiæ potestatis ac dignitatis semper percipi-  
 ant testamentum. Decernimus etiam atque huius nostræ Regiæ auctorita-  
 tis confirmamus editio, ne eadem Abbatia alicui Sedi vel Ecclesiæ famula aut  
 appendix vñquam subiaceat, sed sicuti sub prædecessorum nostrorum: sic sub  
 nostro quoque, Successorumque nostrorum Mundiburdio libera semper per-  
 maneat: Addentes videlicet & constituentes, vt Poppo eiusdem loci Abbas, sui-  
 que Successores, prænominatæ Coniugi nostræ, Agneti scilicet, alijsq; post illâ  
 Reginis in Regali curia semper seruant & obsequantur, & quia sub Heinrico  
 Imperatore ea bona illis ablata sunt, vnde ad militiam ire, vel nobis in secundo  
 semper anno Regale seruitium persoluere, vel vnde se suosque vicitâsse vide-  
 bant, volumus atque constituimus, vt quotiescunque ad Curiam Regiam vene-  
 rint, siue vocati fuerint, de Regiâ mensâ pascantur, & in curiales & domesticos  
 Regis & Reginæ non infirmi semper habeantur, sicut reuera Magistros ac pro-  
 uiros illius Ecclesiæ decet, per quam Regum & Imperatorum Coniuges in  
 Regnum & Imperium semper consecrari & confirmari videbuntur. Constitui-  
 mus præterea, & ad præbendam fratrum, inibi Deo famulantium, specialiter de-  
 legamus, quidquid sub temporibus Caroli, prout ipse disposuit, aliorumq; præ-  
 predecessorum nostrorum Regum vel Imperatorum ad peculiaritatem illorū per-  
 tinere cognouimus, id est, has Ecclesiæ Gozoluesheim, Albucbo, Wieldestein,  
 Wienheim, Diedenhoun, Winwelde, insuper omnes S. Maximini Ecclesiæ  
 cū decimis & decimationibus, & omnes salicas decimationes, quas in vsus ho-  
 spitū, peregrinorū ac pauperū destinam⁹: vel quidquid in his locis habere videtur  
 haec tenus, hoc est Suaueheim, Euernesheim, Hezinesheim, Mänendal, Nar-  
 heim, Apula, Alfontia, Scheringesuelt, Bokinheim, Symera, Bafinbach, Vkin-  
 hesheim, Guntereshusun, Kuosbah, Holtzhusun, Dieffenbach, Suueppchuzū,  
 Riuenacho, Louuun, Ockisheim, Liczenich, Ratheresdorff, Bustat, Meisbrath

Buocheneburi, Folemaresbach, decima & Vallis cum suis pertinentijs, Marchedeh, Daleheim, Frisinga, Mormirdinga, Druhdildinga, Tauena, Scitelinga, Mersche, Mambra, Linnich, Euerlinga, & Fula, Areurlere, Windingun, vel quod in pago Salingouue, aut iuxta Metensem Ciuitatem in Villa Willere, vel in ipsa Vrbe in vineis, aut areolis, aut agris habere videntur, & ultra Rhenum fluuium Curtem, quæ Prichina dicitur, cum omnibus ad eam pertinentibus, quam ad sagimen & femoralia, mantelas & mensalia fratrum & ad susceptionē hospitum ac pauperum, ac infirmorum curam, specialiter statuimus atque firmamus. Et ne aliquis Successorum nostrorum Regum, vel Imperatorum, ne que Abbas quidquam de his rebus, præter hæreditaria illius Ecclesiæ ministris beneficia alicui præstare, vel à præbenda fratrum quoquomodo abalienare præsumat, firmiter præcipimus, & præcipiendo firmamus. Cui rei testem chartam hanc inde conscribi, & sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domini  
Henrici Tertij, Re-  
gis inuictissimi.

Euerhardus Can-  
cellarius Vice Dñi  
Bardonis Archican-  
cellarij recognoui.  
Data 8. Kal. Augusti.  
Anno Incarnat. Dñi  
MXLIV. Indictione  
XII. Anno autē Dñi  
Henrici Tertij ordi-  
nationis eius XVL  
Regni vero Quinto.  
Actum Moguntiae in  
Dei nomine felici-  
ter. Amen.



23. Le